Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Casus longi super Institutis

Accursius, Guilelmus

[Lyon], um 1490

Incipit liber secundus

urn:nbn:de:bsz:31-315990

Visual Library

erit interdicitur ei adminiſtratio. ⁊ ita pa
piniano viſum eſt. Sed ſi aliq̄s hm̄ōi cri
mine accuſatus fuerit ⁊ pendente cogniti
one deceſſerit accuſatus cognitio ſuſpecti
extinguit̄. Item ſi aliquis tutoꝛ copiā ſui
nō fecerit vt alimenta pupillo ſuo decer-
nantur: pupillus in poſſeſſionem bono-
rum ipſius tutoris cauſa rei ſeruande mit
tatur ⁊ que ꝑ morā deterioꝛa fc̄tā ſunt da
to tutore vendi iubent̄. Liquet igit̄ ꝙ tu-
toꝛ q̄ alimēta pupillo nō p̄ſtat vt ſuſpect⁹
remoueri poterit. Si autem tutoꝛ pn̄s fue
rit: ꝑ mendaciū tn̄ alimēta pupillo diſcer
ni non poſſe ob inopiaꝫ pupilli dicat ad
p̄fectū vꝛbis mittat̄ puniendus vt iuriſcō
ſul. placuit. ſicut ille remittit̄ ad p̄fectum
vꝛbis puniendus q̄ per pecuniā miniſte-
rium tutele redemerit. Itē libertus ſi frau
dulenter geſſiſſe tutelam vel curam filioꝝ
vel nepotum patroni pꝛobatus fuerit ad
pꝛefectum vꝛbis ſimiliter remittetur puni
endus: ⁊ in hoc caſu vt ingratus accuſari
poterit Nouiſſime autem ſciendum eſt tu
toꝛes vel curatoꝛes fraudulenter admini-
ſtrantes res pupillares oīmodo eſſe remo
uendos. licet em̄ ſatiſdationem offerāt de
indēnitate pupilli: tamen quia ſatiſdatō
maliuolum tutoris pꝛopoſitum non mu-
tat: ſed diutius malignandi facultatē pꝛe
ſtat remouendi ſunt. Item ſuſpectū eum
merito putamus qui moꝛibus talis eſt vt
ſuſpectus haberi debeat: licet enim tutoꝛ
vel curatoꝛ pauꝑ ſit: fidelis tamen ⁊ dili-
gens ſit in adminiſtratione non eſt vt ſu-
ſpectus remouendus. Et hec in ſexta par-
te vſq̄ʒ in finem tituli.

Explicit liber pꝛimus inſtitutionum.

Incipit liber ſecundus.

Rubꝛica De rerum diuiſione.

c

Ontinuatio iſtius ru-
bꝛice ad ſupioꝛa patet
in hunc moduꝫ. Om̄e
ius quo vtimur aut ꝑ
tinet ad res: aut perſo-
nas: aut actiōes. vt. s̄.
de iure naturali gen. ⁊
ciuili. §. vl. ⁊ dictū eſt in p̄mo libꝛo huc vſ
q̄ʒ de iure pertinēte ad pſonas. vn̄ ſm̄ oꝛ-
dinem ꝓmiſſum intēdit Iuſti. in hoc ſe-
cūdo libꝛo tractare de iure ꝑtinēte ad res.
Sʒ qꝛ oīs res ꝑ diuiſionē dilucidius apit̄
vt. ī. de le. §. ſed nō vſq̄ʒ in illo verſu. Sed
ne in pꝛimis: idcirco iuſti. de rebus dictu-
rus ad euidentiorē iuuenū doctrinā p̄mo
tractat de rerū diuiſiōe. vn̄ nō īmerito an
nectit hic ru. de re. diui. Uiſa igit̄ cōtinua
tione rubꝛice iuſti. diuides titulū in duas
partes p̄ncipales: in quarū p̄ma parte de
terminat de reꝝ diuiſione. In ſecūda par
te de earundē rerū dn̄ij acq̄ſitione tractat.
Superioꝛi libꝛo ⁊c. pꝛīa pars ꝓtendit̄ vſ-
q̄ʒ ad illū. §. Singuloꝝ autē. ibi incipit ſe-
cunda pars ⁊ ꝓtendit̄ vſq̄ʒ in finē tituli. p̄
ma pars ſubdiuidit̄ in duas partes in q̄-
rum pꝛima parte ponit bimembꝛē diuiſi-
onem reruꝫ que talis eſt. ꝙ rerū alie ſunt
in patrimonio noſtro: alie ſunt extra patri
monium: ⁊ ꝓtendit̄ hec ꝑs vſq̄ʒ ad illū. §.
Quedā em̄. ibi incipit ſecūda ꝑs p̄me par
tis p̄ncipalis in qua parte ponit ſecūdaꝫ
diuiſionē rerū. Ad cōpꝛobatōem p̄me di-
uiſionis: ⁊ hec diuiſio cōtinet q̄nq̄ʒ mem-
bꝛa que dilucide pꝛoſequitur de quolibet
membꝛo dilucida ponēdo exempla. His
igit̄ p̄libatis ponas p̄mo ca. Dicit iuſtin̄.
cōtinuādo ꝓceſſum ſuū: poſtq̄ʒ in ſupioꝛi
libꝛo de iure perſonarū expoſuimus: mo-
do in hoc ſecūdo libꝛo de rebus q̄ in patri
monio nr̄o vel extra nr̄m pꝛimoniū habē
tur videamus. ⁊ hec in pꝛima parte. Sed
po. in ſecūda. dn̄e vos dixiſtis mihi ſuꝑ
ꝙ vultis determinare de reb⁹ q̄ ſunt ī pꝛi-
monio nr̄o vel extra: nūq̄d eſt iſta diuiſio
ſufficiēs. Ad h̄ rn̄det ꝙ ſic: ⁊ ꝙ ſufficiēs di
uiſio p̄miſſa ſit tꝉi rōne liq̄t: qꝛ q̄dā natura

li iure cõmunia ſunt omniũ: quedã publi
ca: quedã vniuerſitatis: quedam nullius
pleraq; ſinguloꝝ: ⁊ ea que ſinguloꝝ ſunt
varijs ex cauſis acquirunt: ſicuti ex inferi
oribus apparebit. Sed pone. Dñe dicatiſ
mihi ſi placet que ſunt cõia oĩm. Ad hoc
rñdet: amice certe naturali iure ĩtroductũ
ẽ q cõia ſũt oĩ; animãtiũ hec. ſ. aer ⁊ aq̃ d
celo cadẽs ⁊ mare ⁊ p cõſequẽs litus ma/
ris cum ſit eius acceſſio. vñ dico tibi q ne
mo ad litus maris ꝓhibetur accedere: dũ
tñ a villis ⁊ monumẽtis ⁊ edificijs in lito
re poſitis ſe abſtineat: q: hmõi ville ⁊ edi
ficia non ſunt cõia de iure gentiũ ſicut ip;
mare. Sed dñe dicatis mihi inq̃tũ durat
litus maris. Ad hoc rñdet impator: ami/
ce litus maris eſt quatenus hyemalis flu
ctus qñ maximus eſt excurrit. ⁊ hec dicun
tur vſq; ad illum. §. Flumina aũt. hic ꝓſe
quit ſecũdũ membrũ ſupioris diuiſionis
vñ ponas ſic caſum. Dñe iam video que
ſunt cõmunia: dicatis modo mihi ſi plac;
que ſunt publica. Ad hoc rñdet dicens.
amice. Publica ſunt oĩa flumina ꝑpetua
et ſimiliter portus publici ſunt. vñ dico ti
bi q ius piſcãdi in portu ⁊ in fluminibus
oĩbus in cõi publice patet: ⁊ ſicuti ipa flu/
mina publica ſunt ita vſus ripaꝝ ipoꝝ
fluminũ publicus eſt ⁊c. iuris gentium: ⁊
iõ naues ad ipſas ripas applicare ⁊ funes
arborib' ibidẽ natis religare ⁊ on' aliqd ĩ
bis reponere cuilibet libeꝝ ẽ ſic ꝑ ipm flu
men nauigare: ſed q̃q; dixerim tibi ripaꝝ
vſum publicũ eſſe: ſecus tñ eſt in ꝓprieta
te earũ. Proprietas eñ earũ illoꝝ hoĩm
eſt quoꝝ pdijs adherent: ⁊ eadẽ rõne ꝓp
etas arboꝝ in ripis natarũ eorundẽ ſunt.
et ſicut ego dixi tibi de vſu riparũ. ita dico
tibi q vſus litoꝝ oĩbus publice patet: ſic
vſus ipius maris eſt caſam. i. domũculã
ponere in qua ſe recipiat. Liberũ eſt etia;
cuilibet ex mari retia deducere ⁊ ibidẽ ſic/
care: ſed certe ꝓprietas litoꝝ nullius eſſe
intelligitur: ſed eiuſdẽ iuris ſicut ⁊ ipſum
mare: ⁊ q̃ ſubiacent mari: terra videl; ⁊ ha
rena. ⁊ hec dicunt vſq; ad illũ. §. Vniuer/
ſitatis. hic ꝓſequere tercium membrũ ſe/
cunde diuiſionis. vñ po. ſic ca. Iam dixi/
ſtis mihi extra de cõibus ⁊ publicis: dica
tis mihi modo ſi placet que ſunt vniuerſi
tatis. Ad hoc reſpõdet. Vniuerſitatiſ ſunt
ea q̃ in ciuitatibus ad vtilitatẽ vel ad dele
ctatõem populi fiũt. vt theatra ⁊ ſtadia ⁊
ſimilia: ⁊ ſiqua alia ſunt cõia ciuitatu; : ⁊
hec dicunt vſq; ad illũ. §. Nullius. hic ꝓ/
ſequere quartũ membrũ ſcđe diuiſionis.
Et ſciendũ eſt q hoc membrũ tres h; par/
ticulas: ea eñ q̃ nullius ſunt in tribus cõ
ſiſtunt. ſ. ĩ ſacris ⁊ religioſis ⁊ ſanctis: ⁊ ſm
hoc quartũ membrũ ſubdiuiditur in tres
particulas quarũ quãlibet ſm ordinem
enumeratõis dilucide ꝓſequit. Põas igi
tur ſic caſum. Dñe ia; vidi q̃ ſunt vniuer
ſitatis: dicatis modo mihi q̃ ſunt nullius
Ad hoc rñdet imperator: amice. Nullius
ſunt veluti res ſacre ⁊ religioſe ⁊ ſancte. ⁊
hoc patet tali rõne. Hmõi eñ res diuini
iuris ſunt: ⁊ qđ diuini iuris eſt in nullius
bonis eſt. ſed po. domine iam video q ea
que nullius ſunt ꝯſiſtunt in ſacris ⁊ religi
oſis ⁊ ſanctis: dicatis ergo mihi q̃ ſunt ſa
cra. Rñdet amice. ſunt q̃ rite ꝑ pontifices
deo ꝯſecrata ſunt: ſicut edes ſacre ⁊ dona
⁊c. ꝓut iacet in littera vſq; ad illum. §. Re
ligioſum. In quo ſic ponas caſum. Dñe
iam video que ſunt ſacra: dicatis mihi q̃
ſunt religioſa. Ad hoc reſpõdet impator.
amice. Religioſa loca ſunt ĩ quibus mor/
tuorum corpora ſunt ſepulta. Religioſu;
eñ locum vnuſquiſq; ꝓ ſua voluntate fa
cit dum in locum ſuũ mortuum infert ⁊c.
omnia plana ſunt vſq; ad illũ. §. Sancte
In quo ſic pone caſum. Dñe iam video
que ſunt ſacra ⁊ religioſa. dicatis mihi q̃
ſunt ſancta. Ad hoc rñdet. amice. Sancte
res ſunt veluti muri ⁊ porte ciuitatũ: hmõi
eñ res quodãmodo diuini iuris ſũt: ⁊ id
circo ĩ nulli' bonis eẽ cẽſent. ſ; dñe. q̃re di
cũt muri ſancti. Ad hoc rñdet. amice: idcir
co muros ciuitatũ ſanctos legis auctorita/
te. i. firmos diximus: q: pena capitis ꝯſtitu
ta eſt aduerſus eos qui aliquid in muros

deliquerint:vnde ⁊ illas ꝑtes legū ꝗbus
penas ꝯtra eoꝝ tranſgreſſuros ꝯſtituimꝰ
ſāctiones appellamus:⁊ hec dicuntur vſqꝫ
ad.§.illū. Singuloꝝ autē hominum ⁊c̄.
Hic incipit ſecūda pars ꝑncipalis ipſius
tituli:licet eniz Juſti. hic ꝓſequaꝛ ꝗntuz
mēbꝛū diuiſionis ſecūde tamē in hoc eo-
dez.§.latenꝛ accedit ad ſecundaz partem
ꝑncipalē ⁊ incipit tractare de acq̄rēdo re
ruz dominio:⁊ licet dominia reꝝ acq̄ranꝛ
quādoqꝫ de iure gentiū ⁊ quādoqꝫ de iu-
re ciuili:tn̄ in titulo iſto nō tractat de acq̄
ſitiōe q̄ fit de iure ciuili: ſed de illa ſola q̄
fit de iure gentiuz:⁊ varijs modis tractaꝛ
in titulo iſto de acquiſitione dn̄ij que fit
de iure gentiū ꝑ occupationē:aliquando
ꝑ acceſſionē diſcretā aut cōcretaz:ꝑ acceſ-
ſionē cōcretaz multipliciter veluti ꝑ allu
uionē:per intexturaz aut edificando: aut
plantādo:aut ſeminando:aut ſcribendo
aut pingendo. Jtē acq̄ritur dominiū re-
ruz de iure gentiū ſpecificatione ⁊ mate-
riarū cōfuſione:⁊ ſpecierū mixtione. Jtez
aliquādo acquiriꝛ dominiū rerū in ven-
ditione ⁊ tractatiōe. Jtē aliquādo acqui
ritur dominiū nuda voluntate dn̄i volē
tis rem ſuam in aliū transferri.⁊ ſi volu-
erit dominiū transferri in perſonā certaz
ſiue incertam: idcirco poterit hec ſecūda
pars in tot particulas ſb̄diuidi quot enu
merantur modi dominij acquirēdi de iu
re gen. in ti. iſto. Sed q2 iuſti. in ꝓſecutio
ne ſua nō cōtinuat materias ſuas:ſed ali
quādo interrūpit ⁊ de alia materia inter
ſerit:ideo ꝑtes diuiſionis nō poſſunt per
ordinē continuari:ſed in ꝓſecutione litte
re dilucide apparebūt. Ponas ḡ ſic caſuz
Dn̄e iā video que ſunt naturali iure cōia
⁊ q̄ publica:⁊ q̄ vniuerſitatꝭ et q̄ nullius
dicatis modo mihi ſi placet que ſunt ſin-
guloꝝ hominū res. multꝭ modis fiūt.qua
rūdaz eniz rerū dominiū nāciſcūtur iure
naturali:qđ ſicut diximus ius gentiū ap
pellatur.⁊ quarūdam rerū dominiū nāci
ſcuntur iure ciuili. Sed po.ca. dn̄e iaz vi
deo ꝙ rerū dominiū acquiriꝛ de iure gen
tium ⁊ de iure ciuili:ſed ꝓ deo dicatꝭ mi-
hi de quo iure intēditis ꝑmo tractare. Ad
hoc rn̄det. amice Cōmodius eſt a vetuſti
ore iure incipere. manifeſtū aūt eſt ius na
turale vetuſtius eſſe qđ cum ipſo genere
humano rerū natura ꝓdidit. Ciuilia eñ
iura tunc ꝑmo eſſe ceperūt:cum ciuitates
condi:⁊ magiſtratus creari:⁊ leges ſcribi
ceperūt.⁊ hec dicuntur vſqꝫ ad.§.Fere igi
tur beſtie ⁊c̄. Hic incipit iuſti. tractare q̄li
ter acquiriꝛ nobis dominiū de iure gen-
tiuz ꝑ occupationē. ⁊ de iſta materia tra-
ctat vſqꝫ ad illū.§. Jtē ea q̄ ex animalibuſ
Et ſciendū ē ꝙ tractat hic de tribus gene
ribꝰ animaliuz. ⁊ primo tractat de beſtijs
naturaliter ⁊ ꝓſus feris. ⁊ hoc vſqꝫ ad il
lum.§. Pauonū quoqꝫ. ibi tractat de na-
turaliter feris accidētaliter tn̄ manſuetis
vſqꝫ ad illuz.§. Gallinaruz. ibi tractat de
naturaliꝛ manſuetꝭ ſiue domeſticis vſqꝫ
ad illū.§. Jtē ea que ex hoſtibus. Ponas
ergo ſic caſum. Dn̄e iam video ꝙ vultis
tractare de iure gētiū tanqꝫ de vetuſtiore
dicatꝭ ergo mihi ſi placet aliquē modum
acquirēdi dominiū de iure gētiuz. Ad h̄
rn̄det iuſti. amice. Fere beſtie ⁊ volucres
⁊ piſces ⁊ oīa animalia fera que in terra ⁊
que in mari ⁊ q̄ in celo id eſt in aere naſcū
tur ſtatim cuz ab aliquo capta fuerint iu
re gentiū occupātis fiunt. ⁊ hoc tali ratio
ne. mūdi enim animalia fera in nullius
bonis eſſe intelligūtur ⁊ qđ ante nullius
eſt id iure gentiū qđ naturali ratiōe intro
ductū eſt occupāti conceditur. Nec inter
eſt quātuz ad acq̄rendūz dominiū vtruz
quis huiuſmodi feras beſtiaſ ⁊ volucres
in ſuo ꝓprio fundo an alieno cepit. ⁊ hoc
eſt verū niſi ꝓhibitio dn̄i intrare volētes
ꝑceſſerit. Nam qui in fundū alienū ingre
ditur venādi aut occupādi gratia poterit
a dn̄o fundi ꝓhiberi ne ingrediaꝛ ſi dn̄s
fundi eū preuiderit. Sed pone dn̄e iā vi-
deo ꝙ per occupationē huiuſmodi ferarū
⁊ volucrū acquiritur in dominiū. dicatis
mihi q̄ꝫdiu durat huiuſmodi dominiuz
acquiſitum. Ad hoc reſpōdet. amice. dico

tibi.ꝙ ꝗcquid predictoꝝ animaliuꝫ cepiſ
tādiu tuo dn̄io ſubiectū eſſe intelligit̄ ꝗꝫ
diu in cuſtodia tua detinet̄. ſed cū tuā cu
ſtodiā euaſerit:⁊ ī priſtinā naturalē liber
tatē ſe receperit:in tuo dominio eſſe deſi-
nit ⁊ ruſus ſicut prius occupāti cōcedit̄
Sed dn̄e dicat̄ in quādo dicit̄ ſe recepiſſe
in naturalē laxitatē vel libertatē. Ad hoc
rn̄det. In naturalē laxitatē dicitur ſe rece
piſſe cū vel omnino ꝯſpectū oculoꝝ tuoꝝ
euaſerit:vel ita ſit in ꝯſpectu tuo vt īpoſ
ſibilis ſit eius ꝓſecutio. vn̄ ſuper tali que
ſtione apud veteres multū fuit diſputa-
tū ⁊ ꝗſitū. Quidā venator puta titi⁹ quen
dam ceruū vulnerauit ⁊ mortale vulnus
ei infixit:ita ꝙ ceruus vulnerat⁹ capi po-
terat. Nā in caſu iſto dubitatur vtrū do-
miniū cerui vulnerati incōtinēti poſt vul
nus infixuꝫ intelligat̄ titio vulnerāti ac
quiſitū. Et certe quidā veteres dixerūt ſta
tim poſt vulnus infixū hmōi ceruuꝫ vul-
neratū fieri titij vulnerātis. ⁊ tādiu ei⁹ do
minio videri:ꝗꝫdiu titius eū ꝓſequit̄. Et
ſi titius eū ꝓſequi deſierit:dixerūt hmōi
ceruū deſinere in dominio titij eſſe ⁊ rur
ſus occupāti ꝯcedi. alij vero nō alit̄ puta-
uerūt hmōi ceruū fieri titij ꝗꝫ ſi eū titius ce
perit. Sed dn̄e ꝗd dicitis vos ſuper hoc.
Certe dicit iuſti. Nos poſteriorē ſentētiaꝫ
tanꝗꝫ iuſtiorē cōfirmamus vt videlicꝫ ita
demū intelligat̄ titij eſſe ſi titius eū cepe
rit. multa enī ſolent accidere impedimen
ta vt titius eū nō capiat. ⁊ hec dicunt̄ vſqꝫ
ad illū. §. Apiuꝫ quoqꝫ. Nota ꝙ ius gen
tiū ē antiquus iure ciuili. Secūdo nota ꝙ
beſtiarū alie ꝑſus fere ⁊ in his hꝫ locū re
gula. ꝙ primo occupāti ꝯcedunt̄. vt .j. §.
fere. alie ꝑſus māſuete ⁊ in his hꝫ locuꝫ
regula ꝙ vbicūqꝫ ſint:eius manēt cuius
erāt:⁊ ſi ꝗs lucrādi aīo occupauerit fur-
tum cōmittit. vt in. §. Gallinarū. alie nec
ꝑſus fere nec ꝑſus māſuete:⁊ ī his ha-
bet locū regula ꝗꝫdiu habent volūtateꝫ
redeūdi eius manēt cuius erant. vt in. §.
pauonū. Apiū quoqꝫ. In hoc. §. ꝓſequit̄
in titulo iſto materiā ſuaꝫ de ꝑſus feris

Et dicit ꝙ natura apiū fera ē ⁊ nō māſue
ta. vn̄ apes ſi in arbore tua cōdeſcēderīt
anteꝗꝫ a te in alueo tuo fuerint īcluſe nō
magis intelligunt̄ eē tue ꝗꝫ volucres ꝗ ī
arbore tua nidificauerūt. vnde ſi hmōi
apes in arbore tua cōſidētes aliꝗs alius
incluſerit ipſe earū dn̄s efficiet̄. ⁊ etiam ſi
hmōi apes anteꝗꝫ a te fuerint incluſe an
tiquos fauos in arbore tua vel in fundo
tuo fecerint:ꝗlibet eos eximere pōt. verū
tamē ſi re integra ꝓuideris aliquē ingre-
dientē in fundū tuū poteris iure ꝓhibere
ne fundū tuū īgrediat̄. ſed ponamus. ꝗd
dā examen. i. immenſitas apiū euolauit
de alueo meo in quo a me fuerat incluſuꝫ
ego quero ꝗꝫdiu dominio meo intelligit̄
eſſe ſbiectū. Ad h̄ rn̄det. ſi examē ex alueo
tuo euolauerit tādiu intelligit̄ eſſe tuū ꝗꝫ
diu intelligit̄ eſſe in ꝯſpectu tuo. nec diffi
cilis ſit ei⁹ ꝓſecutio. alioquin ſi euaſit con
ſpectū tuū vel ita ſit in ꝯſpectu tuo vt dif
ficilis ſit eius ꝓſecutio occupāti ꝯceditur
⁊ hec dicūt̄ vſqꝫ ad. §. illū. Pauonū. In
iſto. §. tractat iuſti. de naturalit̄ feris acci
dētalit̄ tn̄ māſuetis. Unde po. ſic ca. Dn̄e
ꝗdaꝫ habēt pauones et colūbas ꝗ ex con
ſuetudine ſolēt auolare ⁊ reuolare: mo-
do ꝗro a vobis vtruꝫ natura huiuſmodi
pauonū ⁊ colūbarum debeat cēſeri fera.
Reſpōdet ꝙ ſic:nec obſtat quominus na
tura pauonū ⁊ colūbarū fera cenſeatur ꝙ
hmōi pauones ⁊ colūbe ex conſuetudine
auolare ⁊ reuolare ſolent. Nā hoc idē fa-
ciunt apes. ⁊ tamen manifeſtū ē naturaꝫ
earū ferā eſſe. Hoc ideꝫ eſſe in ceruis qn̄qꝫ
ꝯtingit. Quidā enī ceruos ita māſuetos
habent vt in ſiluis ire ⁊ redire ſolent. ne-
mo tn̄ negare pōt naturaꝫ oīm ceruoꝝ in
genere ⁊ etiā ipſoꝝ ſinguloꝝ ſpecie feram
eſſe. In his igit̄ animalibus accidētalit̄
māſuetis que ex cōſuetudīe ire ⁊ redire ſo
lent talis regula a iure cōprobata ē vt tā
diu intelligantur tuo dominio ſubiecta
eſſe ꝗꝫdiu habuerīt animū reuertēdi. Nā
⁊ ſi reuertendi animū deſerūt ī tuo domi
nio eſſe deſinūt ⁊ occupāti cōcedunt̄. Eꝫ

domine ꝑ deo dicatis mihi qualit̃ ꝓpē-
daꝫ ꝙ deſierūt habere animū reuertēdi
Ad hoc reſpōdet. amice tūc intelliguntur
deſinere habere aīm reuertēdi cū reuertē
di cōſuetudinē deſerūt. Et hec dicūtur vſ
qꝫ ad·§·illum. Gallinarū. Hic īcipit tra-
ctare de animalibus ꝑrſus māſuetꝭ ꝛ ca-
ſus planus ē vſqꝫ ad illū·§·Itē ea que ab
hoſtibus. Adhuc pſeqtur iuſti. materiaꝫ
ſuā determinādo qualit̃ rerū dn̄ium per
occupationē de iure gen. acqritur. vn̄ po.
ſicca. dn̄e iam vidi qualit̃ dominiū fera-
rum ꝛ volucrū ſingulis acqritur p occu-
pationē. nūquid pluriū rerū dominiū ac-
qri pōt p occupationē de iure gen. rn̄det
ꝙ ſic. nā ea q̄ ab hoſtibus noſtris capimꝰ
ſtatī iure gen. noſtro dominio acqrūtur
ꝛ hoc itm̄ verū eſt vt liberi hoīes quos ab
hoſtibus capimus dominio noſtro ſub-
ijciūtur ꝛ ī ſeruitutē deducūtur. ſi tn̄ no-
ſtrā ptātē euaſerint ꝛ ad ſuos corpore re
uerſi fuerint p̄ſtinum ſtatū libertatꝭ iure
poſtliminij recipiūt. ꝛ nō ſoluꝫ ſupdicta
iure gen. p occupationē acqruntur ſꝫ etiā
lapilli ꝛ gēme. ꝛ cetera q̄ ī litore maris in
ueniuntur ſtatī cū ab īuentore occupata
fuerit iure gen. qđ naturali iure introdu-
ctū ē inuentoris fiūt. Et hec dicūtur vſqꝫ
ad illum·§·Item ea que ex animalibus.
Hic mutat iuſtini. ſtilū ſuum ꝛ īcipit tra
ctare de acqſitione dominij que fit iure ac
ceſſionis diſcrete. ꝛ p̄mo tractat de acceſ-
ſione diſcreta. vnde po. ſicca. dn̄e iaꝫ vidi
qualit̃ acqritur dominiū rerū p occupatō
nē. nunqd pluribus modis acqri poteſt
Rn̄det ꝙ ſic. Nā ea que ex animalibꝰ do-
minio noſtro ſubiectꝭ nata ſint iure gētiū
p acceſſionē acqruntur. ꝛ hec dn̄r vſqꝫ ad
illū·§·Preterea qđ p alluuionem. Hic ī-
cipit tractare de acceſſione concreta. Po.
igitur ſicca. dicit iuſti. ꝙ preter ſupdictos
modos acqrēdi de iure gen. acqrit̃ nobiſ
dominiuꝫ p acceſſionē ꝯcretam. qđ em̄ p
alluuionē agro tuo flumen adiecit: iure
gen. tibi acqritur: ſed dn̄e p deo dicatꝭ m̄
quid eſt alluuio. ad hoc rn̄det. Eſt autem

alluuio īcremētū latēs. vnde illud p allu
uionē agro tuo videtur adijci qđ ita pau
latim ꝛ ſucceſſiue adijcit̃: vt licꝫ tota die
intuitum figas tn̄ intelligere non poſſis
q̄ſtum ī quolibet momēto agro tuo adie-
ctū fuerit: verū ē ꝙ iſtud latēs īcremētuꝫ
tibi iure acceſſionis acqritur ſi impetꝰ flu
minis aliquaꝫ pteꝫ groſſam ex p̄dio tuo
detraxit ꝛ illam ptem detractā vicini pre
dio appulerit: manifeſtū ē eam ptē ex p̄-
dio tuo detractā nihilominus in tuo do-
minio pmanere. ſi tamen longo tempore
fundo vicini tui adheſerit ita ꝙ arbores
q̄s ſecū traxit in fundū vicini radices emi
ſerint ex tpe immiſſionis radicū videtur
fundo vicini iure acceſſionis acqſite eſſe
ꝛ hec dicūtur vſqꝫ ad illuꝫ·§·Inſula que
ī mari nata ē. In pricipio iſtius·§·īcipit
iterū tractare de acqſitione que fit p occu
pationē ꝛ poſtea redit ad materiā ſuaꝫ. ꝛ
tractat de iure acceſſionis. Vn̄ ſic pone ca
ſuꝫ. Dn̄e ponamus ꝙ aliq̄ inſula naſcat̃
in mari: dicatꝭ mihi cuius iuris eſſe intel
ligitur. Rn̄det amice ſi aliqua īſula ī ma
ri nata ſit qđ tamen raro accidit: occupā
ti ꝯceditur. nam ante occupationē nulliꝰ
eſſe intelligitur. ſed licet dixerim tibi de ī
ſula q̄ in mari naſcitur ꝙ occupātis ſit: ſe
cus tn̄ eſt de inſula ī flumine nata nam ī
flumine inſula nata qđ frequent̃ accidere
ſolet ſi q̄dē mediam ptem fluminis tene-
at cōmunis eſt eoꝝ hominuꝫ q̄ ab vtraqꝫ
pte fluminis ꝓpe ripam predia poſſidēt
videlicꝫ p modo latitudinis cuiuſqꝫ fun
di: que latitudo ꝓpe ripam ſit. ꝙ ſi alte-
ri parti fluminis ꝓximior eſt eorum ē tā-
tum q̄ ab ea pte ꝓpe ripam predia poſſi-
dent. ꝙ ſi in aliqua parte diuiſum flumē
ſit: deinde intra vnitū agꝝ alicuius in for
maꝫ inſule redegerit: huiuſmodi ager ad
modū inſule diuiſione fluminis circūdā-
tis eiuſdem permanet cuius ante diuiſio
nem fluminis fuerat. ſed ponamus ꝙ flu
men naturalem alueum penitus dereli-
quit ꝛ ex alia pte fluere ceperit dicatis mi
hi quid iuris in iſto caſu. Ad hoc reſpon-

det. q ſi naturali alueo in vniuerſum de
relicto alia pte fluere ceperit: tunc prior al
ueus a flumine derelictus eorum incipit
eſſe qui prope ripaꝫ eius predia poſſidẽt
pro modo latitudinis cuiuſqꝫ agri: que
latitudo prope ripam ſit. Sed ponamus
nouus alueus iam occupatus publici iu
ris incipit eſſe ſicut ꝛ ipſum flumen. ſed ſi
poſt aliqd tempus ad priorem alueũ flu
men reuerſum fuerit nouus alueus iam
a flumine derelictus eorum incipit eſſe q
prope ripam predia eius poſſidẽt. aliud
tamen iuris eſt ſi totus ager alicuius aq
inundatus fuerit: inundatio enim aque
faciẽ fundi nõ ĩmutat. ꝛ idcirco ſi aqua a
fundo receſſerit manifeſtum ẽ manere do
minũ fundi qui ãte dñs fuerat. ꝛ hec di
cuntur vſqꝫ ad illum. §. Cũ autẽ ex aliena
ꝛc. Hic incipit iuſti. tractare de acquiſitio
ne dominij que fit p ſpecificationẽ. vnde
pono ſic ca. Domine iam vidi plures mo
dos acqrendi rerum dominium de iure
gentium: nunqd pluribus modis de iu
re gentium acquiri poterit. Reſpõdet q
ſic p ſpecificationẽ de iure gẽtium acqrit
nobis dominium. cũ enĩ qs ex aliena ma
teria ꝛc. caſus planus eſt vſqꝫ ad illuꝫ. §.
Si tamen quis alienam. In iſto. §. redit
iuſti. ad acceſſionẽ cõcretam que fit inter
ueniẽte facto hominis. Pone igit ſic ca
ſum. Titius manicã vl' gironẽ de purpu
ra aliena intexuit veſtimẽto ſuo modo q
rit vtrũ purpura cedat veſtimẽto vl' veſti
mẽtũ tanqꝫ vilius ꝛ minus pcioſum accedat
purpure. Reſpondet q purpura lꝫ pcio
ſior ſit iure acceſſionis cedit veſtimẽto ꝛ
p ꝯſequens titio dño veſtimẽti acqrit. ve
rũ tamẽ ille qui dñs fuerat purpure licet
dominium iaꝫ purpure per acceſſionem
amiſerit ꝯtra eum q ſurripuit furti habet
actionẽ ꝛ ꝯditionẽ furtiuaꝫ q ſemel ei cõ
tra furẽ cõpetit quã licꝫ poſtea ſine culpa
ſua a dominio cadat nõ amittit. Nã hu
iuſmodi res que iure acceſſiõis alteri rei
cedunt licet a priori dño vendicari non poſ
ſunt: a furibus tñ ꝛ a qbuſdam alijs ma
leficij poſſeſſoribus per ꝯditionẽ furtiuã
vel ſine cauſa cõdici poterũt. ꝛ hec dicun
tur vſqꝫ ad illum. §. Si duorũ. In hoc. §.
determinat iuſti. qualiter acqrit domini
um p ꝯfuſionẽ materiarũ. Pono igit ſic
caſum. dominiũ de iure gen. nũqd adhuc
pluribus modis acqri poterit. rñdeo q ſic
Nã p ꝯfuſionẽ materiarũ acqritur domi
niũ de iure gen. ſi enim materie duorum
dñoꝝ de voluntate ꝛ ꝯſenſu eoꝝ confuſe
ſunt totũ corpus qd ex cõfuſione materia
rum reſultat vtriqꝫ dñoꝝ cõmune ſit. ve
luti ſi aliqui vina ſua fuderũt aut maſſas
argẽti aut auri ĩ aliqd vas ꝯflauerunt. ꝛ
iſta ſunt vera qñ eedẽ materie cõfundun
tur. Sed pone q materie ſunt diuerſe: nũ
qd idem iuris erit. rñdet q ſic: ſi enĩ diuer
ſe materie ꝯfuſe fuerĩt: ꝛ ex illis materijs
ꝯfuſis aliqua ſpecies facta ſit veluti ex vi
no petri ꝛ melle martini mulſum: aut ex
auro petri ꝛ argẽto martini electrũ. in h
enĩ caſu nulla dubitatio ẽ hmõi ſpeciem
ex diuerſarum materiarũ cõfuſiõe de vo
luntate dñoꝝ factaꝫ cõmunẽ eſſe. Sꝫ po.
q diuerſe materie vel materie eiuſdẽ ge
neris fortuito caſu ꝛ nõ interueniẽte vo
luntate dñoꝝ confuſe ſint nunqd ideꝫ iu
ris erit. rñdet q ſic. Hoc tñ intelligo niſi
materie ſepari poſſunt: ſi enĩ ſeparari poſ
ſent ſecus eſſet. ꝛ hec dicunt vſqꝫ ad. §. il
lum. Quod ſi frumẽtum. In hoc. §. det
minat qliter acqritur dominiũ p mixtio
nem ſpecieꝝ. vñ po. ſic ca. Dicit iuſti. q ſi
frumẽtum titij frumẽto tuo mixtũ fuerit
volũtate totũ illud frumẽtum tibi ꝛ titio
cõmune erit. Nam ſingula corpa .i. ſingu
la grana que ante mixtionẽ in ſua ſubſtã
tia durent. tamẽ ex conſenſu noſtro p mi
xtionẽ communicata ſunt. ꝛ hoc verum
eſt quando fuit facta mixtio de volunta
te noſtra. ſi tamen caſu frumentũ mixtuꝫ
fuerit: vel ſi titius non voluntate ſua id
miſcuit nõ videtur huiuſmodi frumẽtuꝫ
p mixtionẽ cõmune eſſe. ſingula enĩ gra
na in ſua ſubſtãtia remanẽt ꝛ durãt ĩ do
minio eius cuius fuerant ante mixtionẽ

Nam in caſibus iſtis quando ſit mixtio ſine dñoꝝ voluntate non magis intelligitur frumẽtũ cõe eſſe ꝙ grex ouiũ cõis eẽ intelligitur ſi pecora titij tuis pecoribus permixta fuiſſent. vnde ſi totũ hmõi frumentũ retineat̃ a titio actio in rez tibi aduerſus titium cõpetit. ⁊ iudex qui in huiuſmodi actione cognoſcet eſtimabit ꝙ̃tum ⁊ quale tuũ frumẽtum fuerit. ⁊ tantundẽ frumẽti ⁊ eiuſdem qualitatis vel eiuſdẽ eſtimationis tibi faciet reſtitui. et hec dicũtur vſqꝫ ad illũ. §. Cum in ſuo ſolo. Hic determinat qualiter edificãdo acquiritur dominiũ diligenter. vñ po. ſic ca. Dñe: titius in ſolo ſuo edificauit ex materia aliena: modo quero q̃s ſit dñs illius edificij. vtrũ titius q̃ edificauit an ille q̃ erat dñs materie. Ad hoc reſpondet ꝙ titius edificator dñs ẽ edificij. cũ eñ ĩ ſolo ſuo ex aliena materia q̃s edificauerit dñs edificij intelligitur ⁊ hoc ꝑpter rõem iuris gen. qua dicitur. Omne qđ in ſolo edificatur: ſolo cedit Et ꝙ̃uis titio directum dominiũ edificij acq̃rat̃: ille tñ qui dominus fuit materie dominius eius non deſinit eſſe. ſed vtile dominiũ retinet. ſꝫ tñ ꝙ̃diu materia ſua iuncta eſt edificio neqꝫ eam vendicare: neqꝫ ad exhibẽduz de ea agere p̃t ⁊ hoc ꝑpter. l. xij. ta. qua cauet̃ ne q̃s tignũ alienũ edibus ſuis iniũctũ eximere cogat̃: verũtamẽ dño materie eadem. l. xij. ta. cõſulitur. Nã cõpetit ei actio de tigno iniuncto cuius bñficio ab eo qui iniũxit vel iniũctum habet duplũ cõſequi poterit. Sꝫ pone ꝙ aliquis alienos lapides vel trabes vel cementa in edib⁹ ponat. q̃d iuris erit tunc in caſu iſto. Ad hoc rñdet ꝙ idẽ iuris ẽ ꝙ ſi alienũ tignũ edibus ſuis iniunxiſſet. appellatione eñ tigni omnis materia ex q̃ edificia fieri poſſunt intelligitur. Sed dñe quare ita ſtatutũ fuit. l. xij. ta. ne q̃s cogat̃ eximere alienã materiã edibus ſuis iniunctã. Ad h̃ reſpondet. amice hoc ideo ſtatutũ fuit in l. xij. ta. ne ſit neceſſario edificia ex aliena materia conſtructa reſcindi. ⁊ vrbem ruinis deformari. licet durãte edificio materia vendicari nõ poſſit: ſi tñ aliquo caſu diruptum fuerit edificiũ poterit dñs materie materiam ſuã vendicare ⁊ ex ea ad exhibẽdum agere. ⁊ hoc ẽ verũ niſi ꝑ actionẽ de tigno iniuncto duplũ fuerit per materiam ſuã conſecutus. ⁊ hec dicuntur vſqꝫ ad illũ. §. Et ex diuerſo. In. §. precedenti determinauit iuſti. q̃d iuris eſt quãdo aliquis edificat ex aliena materia ĩ ſolo ſuo. in preſẽti aũt. §. determinat q̃d iuris eſt in caſu conuerſo ſcꝫ quando aliq̃s edificat ex ſua materia in alieno ſolo. Pone igit̃ ſic ca. Dic iuſti. ꝙ ex diuerſo ſi q̃s ĩ alieno ſolo ex ſua materia domũ edificauit dominiũ illi⁹ ſit cui⁹ eſt ſolũ. ſed certe in hoc caſu ſecus ẽ ꝙ̃ ĩ caſu p̃dicto: nã dñs materie ꝓprietatẽ eius amittit. naz volũtate eius materia alienata intelligit̃. ⁊ h̃ ẽ verũ ſi non ignorat ſe in alieno ſolo edificare. ⁊ iõ licet poſtea domus dirupta ſit materiam tñ ſua voluntate alienatã vendicare non poterit. Sed po. ꝙ ip̃e qui in alieno ſolo bo. fi. ex ſua materia edificauit ſit in poſſeſſione illius edificij ⁊ dñs ſoli ab eo vendicet edificium q̃d iuris eſt in caſu iſto. Ad hoc rñdet. amice certe illud cõſtat ꝙ ſi edificatore conſtituto in poſſeſſione dñs ſoli petat domũ ſuã eſſe ⁊ non ſoluit p̃ciũ materie ⁊ mercedes fabrorũ poterit ꝑ exceptionem doli mali repelli et hoc verum ſi fuerit bone fidei poſſeſſor. nam alias ſi ipſe ꝯtra dñm vẽdicantez excipiat dñs ꝯtra eius exceptionẽ ope replicationis iuuabitur. Scienti eñ alienũ fundũ eſſe ꝓpria culpa obici põt videlicꝫ ꝙ temere edificauit in eo ſolo qđ intellexit alienũ eſſe. ⁊ iõ bñficium retẽtionis non hẽbit. ⁊ hec dicũtur vſqꝫ ad illum. §. Si titius alienã plantã. In hoc. §. determinat iuſti. qualiter plãtãdo acq̃rit̃ dominium de iure gen. vnde po. ſic ca. dñe titi⁹ eradicauit plãtã meuij ⁊ illã ĩ ſolo ſuo plantauit: modo q̃ro a vobis q̃s cenſet̃ dñs illius plante. Ad hoc rñdet ſi titius plantã meuij in ſolo ſuo poſuerit: pſius tñ plã

ta efficitur. ꝛ ſilr in caſu conuerſo ſi titius
ſuam plātā in ſolo vicini plātauerit dn̄iū
plāte vicino acq̄ſitum intelligiť. ꝛ hoc ē
v̄um in vtroq3 caſu ſi plāta radices ege
rit. Nā ante emiſſionē radicū eius ꝑma-
net cuius antea fuerat. in tm̄ aūt ex eo tpe
ex quo plāta radices emiſit ꝓprietas ipi
us plante transferť. vt ſi arbor meuÿ i ter
ra titiÿ radices egerit arbor ꝑ emiſſionem
radicū intelligitur eſſe titiÿ. rō enim natu
ralis nō ꝑmittit vt arbor alterius eſſe di
cať q̄3 eius i cuius fundū radices egerit.
vn̄ arbor ꝓpe cōfiniū tuoꝝ fundoꝝ poſi-
ta: ſi in vicini fundum radices emiſerit ꝑ
emiſſionē radicū cōis erit. ꝛ hec dicuntur
vſq3 ad illū·§·Qua ratione. Nota ꝙ om-
ne qđ in ſolo meo edificatur cedit ſolo. Et
no. etiā v̄ſus illos. Quicquid plātať ꝛc̄.

Qua rōe aūt plāte ꝛc̄. Jn p̄n̄ti·§·deter
minat q̄liter de iure gen. acq̄riť dn̄iū ſe-
minando. vnde po. ſic ca. Dn̄e: titi⁹ ſemi-
nauit frumētu3 ſuū in ſolo vicini. mō q̄-
ro. q̄s intelligitur eſſe dn̄s illius frumēti
Ad hoc rn̄det amice eadē rōne q̄ diximus
ꝙ plante que ſolo alterius radices egerūt
ſolo cedunt: eadē rōne frumenta q̄ in alte
rius ſolo ſeminata ſunt ſolo cedere intel
liguntꝛ ꝑ ꝯſequens dn̄o ſoli iure acceſſio
nis acq̄runtur. ꝛ ſicut ſup̄ diximus ꝙ illa
q̄ in alieno ſolo ſeminata ſunt ſolo cede-
re intelliguntꝛ ꝑ conſequēs dn̄o ſoli iu-
re acceſſionis acquiruntur. ꝛ ſic̄ ſupra di
ximus ꝙ ille q̄ in alieno ſolo edificauit ſi
dn̄s ſoli ab eo vēdicet edificiū tueri ſe po
terit aduerſus dominum vendicāte3 per
exceptionē doli mali niſi preciū materie
ꝛ impenſas in edificio factas dn̄s ꝑatus
ſit ei refundere. ita q̄ in alienum fundum
bona fide ſuis impēſis ſeminauit ſi dn̄s
fundi ab eo vēdicet frumētū eiuſdē excep
tionis auxilio tutus eſſe poterit. ꝛ hec di
cuntur vſq3 ad illu3·§·Littere quoq3. Jn
hoc·§·determinat qualiter ſcribēdo acq̄-
ritur dominiū de iure gen. ꝛ caſus plan⁹
ē vſq3 ad illum·§·Si quis. Jn hoc·§·deť
minat qualiter dn̄s bo. fi. poſſidēs acqui
rit fructus induſtriales pro cultura ꝛ cu
ra. vn̄ po. ſic ca. Dic̄ iuſti. ꝙ ſi aliq̄s eme
rit fundū bo. fi. a nō dn̄o quē tn̄ ipe credi
derit dn̄m eſſe: vel cauſa donationis: vel
qualibet alia iuſta cā q̄ ad dominiÿ trāſla
tionē ſufficiat bo. fi. accipiat iure gen. qđ
naturali rōne introductū ē fructus q̄s in
de recepit ꝓ cultura ꝛ cura ſuos facit vn̄
verus dn̄s ſi poſtea vendicans ab eo fun
dum emerit de fructibus ab eo conſum-
ptis aduerſus eum agere nō poterit. ſec⁹
eſt in malefidei poſ. nā ille qui ſciēs alie-
nū fundum poſſederit fructus ſuos non
facit. vn̄ ſi dn̄s fundi ab eo fundū emerit
nō ſolū fundū: ſed etiā fructus cu3 fundo
lic3 ab eo cōſumpti ſunt cogitur dn̄o reſti
tuere. hec dicūtur vſq3 ad illum·§·Js ve
ro ad quē. Quia ſimiliť dn̄s iuſti. ſupra fe
cit mentionē de fructibus q̄s bone fi. poſ.
ſuos fecit. Jn p̄ſenti·§·determinat quan
do vſufructuarius intelligiť eſſe dn̄s fru
ctuū ꝛ q̄d venit in vſufructu. ꝛ etiā quid
iuris habet vſufructuari⁹ q̄ habet vſum
fructum i aliqua vniuerſitate vel etiā iu-
re ſingulari. vnde po. ſic caſum. Domie
titius habet vſumfr. in vniuerſitate fun-
di modo quero a vobis qn̄ titius vſufru
ctuarius dominus fructuum eſſe intelli-
gitur. Ad h̄ reſpondet. amice iſte ad que3
vſufructus fundi ꝑtinet non aliter dn̄s
fructuum effici intelligitur q̄3 hmōi fru
ctus ipſe perceperit: ꝛ in horreo ſuo repo
ſuerit. ꝛ iō ſi vſufructuarius maturis fru
ctibus ꝛ a ſolo ſeparatÿ: nōdū tn̄ i horreo
ſuo repoſitis deceſſerit ad herede3 ſuum
huiuſmodi fructus tranſmittit. ſed dn̄o
ꝓprietatis morte vſufructuariÿ acq̄ritur
ꝛ que de vſufructuario diximus eadē fe-
re ꝛ de colono qui in minimis colit intel
liguntur. Sed po. ꝙ aliq̄s habeat vſum
fructu3 in oue vel in capra vel in equo vľ
in vacca. modo quero quid intelligiť eſſe
in huiuſmodi vſufructu. Ad hoc reſpon
det. amice in pecudū fructu etiā fet⁹ eſt
ſicut lac ꝛ pilus: ꝛ lana. vnde dico tibi ꝙ
agni ꝛ hedi ꝛ vituli ꝛ equuli ſtati cū editi

fuerint:naturali iure ī dn̄io vſufru. eſſe in
telligūt. ſed ſecus eſt in eo q̄ hȝ vſūfructū
ancille qđ ad dominum ꝓprietatꝭ ꝑtinet
Sed dn̄e ꝓ deo quare non fuit ſtatutum
partū ācillaꝝ eē in fructu ſicuti fetꝰ pecoꝝ
Ad hoc rn̄det amice optima rōe ħ ſtatutū
fuit. abſurdum em̄ videbat̄ hoīeȝ in fru
ctu eſſe: cuȝ omnes fructus hominuȝ grā
ipē dn̄s adinuenerit. Sed ſi aliquis vſū
fructū gregis hēat et aliqua ouis ꝑturit
vſufructuarius in loco demortuoꝝ aīa/
lium ex fetu ſubmittere debet: ⁊ ita iulia
no viſū eſt: ⁊ ſimilit̄ qui hȝ vſumfructum
vineaꝝ vl' arborum alias ſuſtinere debȝ
recte em̄ colere debet fructuarius ⁊ quaſi
paterfamilias vti. ⁊ hec dicunt̄ vſqȝ ad il
lum .§. Theſauros In hoc. §. detmi
nat q̄liter ꝑ inuentionē dominiū acq̄rit̄
de iure gen. et ca. planꝰ eſt vſqȝ ad illū .§.
Per trad. In p̄nti .§. detminat qualit̄
acquirit̄ dominiū de iure gen. a dn̄o rei
factuȝ. vnde po. ſic ca. Domine iā vidi mlͭ
tos modos ꝑ quos acquiritur dn̄ium de
iure gen. nunquid pluribus modis pōt
acquiri. Rn̄det ꝙ ſic. ꝑ traditōem enim a
dn̄o factam iure gen. quod naturali rōne
introductū ē dominiū nobis acq̄ritur. ni/
hil enim tā cōueniens eſt eq̄tati naturali
q̄ȝ voluntatē dn̄i volētis rei ſue dominiū
in alium transferre et ratam habere ⁊ ideo
cuiuſcūqȝ generis ſit res corꝑalis videli/
cet ſiue mobil' ſiue īmobilis tradi poſſit:
et a dn̄o tradita alienatur. Et ideo ſtipen
diaria ⁊ tributaria predia per traditionē
eodem modo alienari poſſunt. Sed dn̄e
dicatis mihi que dicuntur predia ſtipēdi
aria ⁊ tributaria. vocant̄ que ī ꝓuīcijs ſūt
ſed licȝ in italia non ſint talia p̄dia cū in
ter predia ꝓuīcialia ⁊ italica q̄ȝtuȝ ad do
miniū trāſlatōem ex noſtra conſtitutione
nulla ſit differētia: tn̄ ſi italica p̄dia ex cā
donatōis vl' dotis aut q̄libet alia iuſta cā
ad dn̄ij trāſlatōem ſufficientē a dn̄o alij
tradātur ſine dubio trāſferunt̄ ſicuti ꝓuī
cialia predia q̄ eodē modo tradita fuiſſēt
ſed licȝ dixerī tibi ꝑ traditōeȝ trāſferri: ħ

tamen nō gn̄aliter ē verū: nā vēdite res ⁊
emptori tradite a dn̄o nō aliter acq̄rūt̄ em
ptori q̄ȝ ſi emptor vēditori preciū ſoluerit
vel alio mō eidē ſatiſfecerit puta dādo ei
fideiuſſorē aut etiā pignus et hoc cauet̄
ēt. l. xij. ta. recte tn̄ dicit̄ iure genti. ħ effici.
verūtn̄ ſi vēditor neqȝ p̄cio ſibi nūerato fi
deiuſſore vel pignore ſibi dato fidē ēpto
ris ſecutus rē ei tradiderit dicendum ē ſta
tim rē ēptoris fieri. ſȝ po. ꝓcurator titij ď
volūtate dn̄i vēdidit mihi equū titij ⁊ p̄/
cio nūerato equū m̄ tradidit: modo quero
vtꝝ ꝑ traditionē a ꝓcuratore factam do/
miniū eq̄ videatur mihi acquiſitū. rn̄det
ꝙ ſic. nihil em̄ intereſt vtruȝ ipē dn̄s rē ſu
am alicui tradat an alius de volūtate eiꝰ
et ideo ſi alicui libera vniuerſorum nego
ciorum adminiſtratio a dn̄o ꝑmiſſa fuerit
et ipſe adminiſtrator ex hmōi negocijs ali
quā rē vēdiderit et tradiderit huiuſmodi
rem per traditionē accipientis facit. ⁊ hec
dn̄r vſqȝ ad illū .§. Interdū. In .§. pre/
cedēti ita detminatū eſt q̄liter per traditō
nem acquiritur dn̄iū: in p̄nti vero .§. intē
dit detminare q̄lr̄ ratione rei dominium
acq̄rit̄. Pone ḡ ſic caſū. Dicit iuſti. ꝙ nō
ſolum traditōe trāſfert̄ dn̄iū: ſȝ etiā q̄nqȝ
ſine traditōe nuda volūtas dn̄i ſufficit ad
dn̄iū rei ſue trāſferēdū veluti ſi titius tibi
aliquā rē accomodauit aut locauit aut a/
pď te depoſuit: nā ſi ꝑterea eādē rem tibi
vendiderit aut donauerit aut dotis nomi
ne aliquid dederit: q̄ȝuis eā rē ex cā vendi
tōis aut donatōis vel dotis tibi nō tradi
derit: eo tn̄ ipō ꝙ ipē patitur huiuſmodi
rem tuā eſſe: ſtati ꝑ eū dn̄iū eius tibi acq̄ri
tur: acſi eo nomine tibi eam tradidiſſet: et
idē ꝯtingit ī alio caſu. Nam ſi q̄s vendi
derit merces ī horreo ſuo depoſitas et cla
ues horrei tibi ēptori tradite ſūt dn̄iū tibi
merciū acq̄ſitū ītelligit̄. Et nō ſolū volun
tate transfert̄ dn̄iū q̄n hȝ volūtatē trāſfe
rendi ī pſonā certā: ſȝ etiā aliq̄n voluntas
dn̄i ſufficit ad dn̄iū rei ſue trāſferēdū in ꝑ
ſonā certam vt ī tali caſu. ꝓtores vl' ꝯſules
q̄n miſſilia .i. aurū vel argētū in vulgus

ꝓụ̈ciunt vt multitudine populi ad hmōi
miſſilia cōcurrente liberius poſſint ꝑtrā
ſire licȝ ignorēt q̄ntū q̄ſqȝ acceptur⁹ ſit. tñ
q: volunt vnūquenqȝ eſſe dñ̄ȝ ei⁹ qđ acce
perit ſtatī accipiētem dñm efficiūt. Et ea
dē rōne verius eſſe videt̃ ſi aliq̄s rem pro
derelicto a dño habitā occupauerit ſtatī
ip̄m occupātē dñm fieri. Sȝ dñe dicatis m̄
quomō dicit̃ haberi ꝓ derelicto. Ad hoc
rñdet amice. Illud ꝓ derelicto habetur
qđ dñs tali intentiōe abiecit vt illud am-
plius in numero rerū ſuarū eſſe nollet. et
iō ſtatim cū abiecerit dñs eſſe deſinit. vñ
cū in nullius bonis ſit de iure gen. occu-
pāti ↄceditur. ſed ⁊ alia cā ꝓụ̈cīedi res eſt
vt qñ in tēpeſtate maris cā exonerande
nauis eịj̄ciūtur ⁊ idcirco in hmōi res eie-
ctas aliud ius ſtatuitur. Nam hmōi res ī
tempeſtate maris eiecte remanēt ī domi-
nio eoꝝ q̇ eas eiecerūt q: v̇uȝ ē dños eas
nō eo animo eieciſſe vt āplius eas nō ha-
berēt ſed ꝙ magis ip̄i cuȝ naue exonera-
ta piculū maris euadere poſſent. ⁊ ideo ſi
q̄s huiuſmōi res fluctibus expulſas vel
etiā in ip̄o mari cōſecutus fuerit aīo lu-
crādi furtū ↄmittit ⁊ actiōe furti tenet̃ nō
eñ multū videt̃ diſtare ab illis reb⁹ que
de reda currente dominis nō videntibus
cadunt.

De reb⁹ corꝑalibus ⁊ incorꝑalibus

Ontinuatio iſtius rubrice ad ſu-
ꝑiora patet in hūc moduȝ. ſupra
tractauit iuſti. de reꝝ diuiſione: ⁊ q: q̄daȝ
res ſunt corporales ⁊ q̄dā īcorporales id
circo intēdit in hoc titu. de his reb⁹ tracta
re. vñ de his tractaturus annectit rubricā
de reb⁹ corꝑalibus ⁊ incorporalib⁹ dicēs
Quedā p̄terea ⁊c. diuidas ti. iſtū in duas
ꝑtes p̄ncipales. In q̄rum p̄ma ꝑte ponit
bimēbrem diuiſionē q̄ talis ē ꝙ quedam
res ſunt corꝑales ⁊ q̄dā īcorꝑales. In ſecū
da ꝑte ꝓſeq̄tur membra diuiſionis de q̄
libet mēbro dilucida ponēdo exēpla. ⁊ q:
duo mēbra cōtinētur in diuiſione: idcirco
ſcđa ꝑs pōt ſubdiuidi in duas ꝑticulas
in quarū p̄ma ꝑticula ꝓſeq̄tur p̄mū mē
brū diuiſionis. In ſcđa ſcđm. diſtictio au
tē ꝑtiū ſatꝭ ꝑ ſe patet. ⁊ caſus plan⁹ ē vſqȝ
in finem tituli.

De ſ̄uitutib⁹ ruſticoꝝ prediorum.

Ontinuatio iſtius rubrice ꝑtȝ ad
ſuꝑiora in hunc modum. ſuꝑ in
tit. ꝓx. p̄cedēti dictū ē vſumfr et
vſum ⁊ ſerui. ruſti. ⁊ vrba. p̄dio. inter res
corporales cōnumerari. vñ de hmōi ſ̄ui-
tutibus intendit iuſtinia. tractare. Et pri
mo p̄mittit de realib⁹ ſiue predialib⁹ ſer
uitutibus: poſtea in ſequētibus tractat de
perſonalibus. vñ q: p̄mo de predialibus
ſiue realib⁹ ſeruitutibus dicimuſ: ſubicit
rubricā de ſ̄uitutibus ruſti. pre. ⁊ ad eui-
dētiam iſtius ti. diuidas totū ti. in q̄ttuor
ꝑtes principales. In quarū p̄ma tractat
p̄ricipalit̃ de ſerui. ruſ. p̄dio. In ſcđa tra-
ctat de ſ̄ui. vrba. pre. In tertia ꝑte reuerti
tur ad ſeruitu. ruſti. predi. In q̄rta parte
tractat cōiunctim de ſ̄ui. tam ruſti. predi.
q̄ȝ vrba. Prima ꝑs ꝓtenditur vſqȝ ad il-
lum. §. Prediorū vrbanoꝝ. ibi incipit ſe-
cunda ꝑs ⁊ ꝓtēditur vſqȝ ad illuȝ. §. Int̃
ruſticoꝝ. ibi tertia. ⁊ durat vſqȝ ad illū. §.
Ideo. ibi quarta ⁊ vltima ⁊ durat vſqȝ ī
finē titu. Itē p̄ma ꝑs principalis ſubdi-
uidit̃ in duas ꝑticulas. ī quarū p̄ma enu
merat ſ̄uitutes quattuor ruſti. pre. In ſe-
cūda ꝑte ſ̄uitutes ſingulas ſecūdū ordi-
nem enumeratiōis dilucide ꝓſequit̃. ⁊ q:
quattuor ꝓſequitur ſ̄uitutes: idcirco ſecū
da ꝑs poteſt ſubdiuidi in quattuor ꝑticu-
las: ⁊ particule ꝑ ſe ſatis patent in littera
vnde pone ſic caſum. Dñe iam video que
ſunt ſeruitutes ruſti. p̄dio. dicatis mihi
ergo quid ē iter. Ad hoc reſpōdet. amice
iter ē ⁊c̄. prout cōtinet̃ in littera. ⁊ ſic po.
ca. de ceteris ſ̄uitu. vſqȝ ad illū. §. Predi-
orum vrba. Hic incipit ſcđa pars princi-
palis iſtius tituli. in qua ſic pone caſum.
Domine iam vidi que ſunt ſeruitutes ru
ſti. predio. dicatis mō mihi ſi placet q̄ ſunt
ſ̄uitutes vrba. predio. Ad h̄ rñdet: amice
ſ̄uitutes vrba. predio. dicūtur q̄ ipſis edi

ficijs inherēt. dicūtur eī̄ ſeruitu. vrba. p̄
dio. qm̄ edifica vrba. predio. appellamus
etiam ſi in villa poſita ſint. nō eī̄ locus
ſed materia vrbanum p̄dium efficit. Sed
dn̄e ſi placet ponatis mihi exēpla de ſui.
vrba. predio. Ad hoc reſpondet. amice ſer
uitu. vrba. predi. ſunt he. vt vicin⁹ one-
ra vicini ſui in edibus ſuis ſuſtineat. vi-
delicet vt liceat vicino tignum de edibus
ſuis in parietem vicini ſui immittere. Itē
vt vicinus ſtillicidium vicini ſui vl' flumē
in cloacas ſuas: vel in aream ſuam recipi
at. vel etiam non recipiat. ꝛ etiā int̄ ſerui
tu. pre. cōnumeratur hec ſeruitus ne q̄s
edes ſuas altius extollat vt luminibus
vicini ſui officiant. ꝛ hec dn̄r in ſcd̄a parte
principali vſq̄ ad illum. §. Itē ruſticorū
Hic incipit tertia ps principalis. in qua
ſic po. ca. Dn̄e vos dixiſtis mihi que ſunt
ſerui. ruſti. ꝛ q̄ vr. ſed nunq̄d ſunt plures
ſerui. ruſti. p̄dio. Ad hoc rn̄det ꝙ ſic. nam
inter ſerui. ruſti. p̄dio. quidaꝫ recte putāt
hmōi ſerui. cōnumerari videlicꝫ ius hau
riēdi aquaꝫ ex fonte vicini. Itē appulſum
pecoris ad aquam. Iteꝫ ius paſcēdi. Itē
ſeruitutē calcis coquende vel harene fo-
diende. ꝛ hec dicuntur vſq̄ ad illū. §. Iō
aūt. ibi incipit quarta ꝛ vltima ps. ī qua
ſic pono caſum. Dn̄e iam video que ſunt
ſeruitutes tam ruſti. q̄ꝫ vrba. ſed dicatis
m̄ quare hmōi ſeruitutes dicūtur p̄diales
Ad h̄ rn̄det impe. certe amice optima ra-
tione dicūtur p̄diales predicte ſeruitutes
hmōi eī̄ ſeruitutes ſine p̄dijs conſtitui
non poſſunt. Nemo eī̄ ſeruitutem vrba.
vel ruſti. predij poteſt acq̄rere vel alij de
bere niſi predium habeat. Sed po. Dn̄e
iam video quare dn̄r hmōi ſerui. p̄diales
dicatis mō mihi qualiter ꝯſtituūt̄ hmōi
ſerui. Ad hoc reſpōdet. hmōi ſeruitutes
pn̄t cōſtitui duobus modis. aut eī̄ conſti
tuuntur ſuitutes hmōi inter viuos. aut
in vltima volūtate. ſi aūt inter viuos ali
quis velit ſeruitutē aliquā de ſuperiorib⁹
vicino ſuo conſtituere. hoc pactꝪ ꝛ ſtipula
tionibus efficere debet. ſi aūt ī vltima vo
luntate pōt etiam teſtator in teſtamento
ſuo heredem inſtitutum damnare vt alti
us edes ſuas non tollat. ꝛ cetera, ꝑut con
tinetur in littera.

De vſufructu.

Continuatio iſtius rubrice patꝫ
ex ſup̄dictis. Supra tractauit in.
de ſerui. p̄dia. vn̄ intendit hic tractare de
perſonalibus. ꝛ qꝛ vſufru. int̄ perſonales
dignior eſt. iō premittit de vſufru. ꝛ idcir
co de eo dicturus ſubiicit rubricā de vſufr.
vn̄ ad vberiorem doctrinā iuuenū diui-
des titulū in. vij. ꝑtes p̄ncipales ꝛ plan⁹
erit. In quarū prima parte ponit diffini
tionē vſufructus. In ſcd̄a determinat q̄-
liter in vltima volūtate cōſtituit̄ vſufru.
In tertia determinat qualit̄ ꝯſtituit̄ int̄
viuos. In quarta ꝑteremouet quandam
dubitationē incidentē circa cōſtitutioneꝫ
vſufru. In. v. determinat q̄d eſt vſufru.
In. vi. determinat quibus modis finitur
vſufru. In. vij. determinat q̄d iuris ē qn̄
totus vſufru. ē finitus. Prima protendit̄
vſq̄ ad illum. §. Uſufru. a ꝓpetate. ibi
incipit ſcd̄a ps ꝛ durat vſq̄ ad illū. §. Si
quis vero. ibi tertia ꝛ durat vſq̄ ad illum
. §. Netamen. ibi quarta ꝛ durat vſq̄ ad
illum. §. Conſtituitur. ibi quinta ꝛ durat
vſq̄ ad illum. §. Finitur. ibi ſexta ꝛ durat
vſq̄ ad illum. §. Cum autē. ibi ſeptima
ꝛ durat vſq̄ in finem. ti. Pone ſic ca. In
p̄ma p̄te aceſſi ad iu. ꝛ ita ꝓpoſui coram
eo. Domine iam video ꝙ vultis tractare
de vſufru. dicatis quid ē vſufru. Ad hoc
reſpondet impe. amice vſufru. eſt ius vtē
di fruendi in rebus alienis ſalua rerum
ſubſtantia. ꝛ ꝙ hec diffinitio bona ſit pa-
tet tali ratione: vſufru. eſt ius. i. ſuitus cō
ſtituta in corpore quo corpe ſublato ꝛ ipſꝫ
vſufru. tolli neceſſe eſt. ꝛ hec dicuntur in
prima parte vſq̄ ad illum. §. Uſufructus
a ꝓprietate. Hic incipit ſecunda ps prin
cipalis in qua ſic pone caſum. Domine
iaꝫ video quid eſt vſufru. dicatis mihi ſi

placet qualiter cōſtituitur vſufr. Ad hoc
reſpōdet: amice vſufructuſ recipit ſepara
tionē a ꝓprietate ꝛ hoc pōt varijs modis
ꝯtingere. vt ecce ſi titi⁹ legauit tibi vſum
fr. fundi ſui nā in hoc caſu heres inſtitut⁹
nudā hēbit ꝓꝑetatē ꝛ tu habebis vſum-
fr. a ꝓprietate ſeparatū ꝛ ſimilr̄ in caſu
cōuerſo. Si titius legauerit tibi fundum
deducto vſufructu. nā in hoc caſu tu lega
tarius habebis nudā ꝓprietatē. ꝛ vſufru
ctus penes heredē titij teſtōris remane-
bit. Itē poterit teſtator in ſuo teſtamen-
to vni vſumfructū legare: ꝛ alij vſufru-
ctu deducto fundū legare pōt. ꝛ hec dicū
tur in ſcd̄a pte vſq̄ ad illū. §. Si quis vō
Sz pone in tertia. Dn̄e iā vidi q̄liter cōſti
tuitur vſufructus in vltima volūtate: nū
q̄d alio mō cōſtitui pōt. Rn̄det ꝙ ſic inter
viuos eīn vſufr. conſtitui pōt. vn̄ ſi q̄s ve
lit vſumfr. alij ſine teſtō cōſtituere hoc pa
ctionibus ꝛ ſtipulatiōibus inf viuos ef-
ficere pōt. Hec dicūtur vſq̄ ad illū. §. Ne
tn̄. Sz pone in q̄rta. dn̄e iaz vidi ꝙ vſufr.
formalis ſepatur a ꝓprietate ꝛ ꝓprietaſ
nuda remanet. q̄ ergo vtilitas erit in pro
ꝑetate. Ad h rn̄det: amice magna vtilitas
ē in ꝓprietate. ne eīn in vniuerſum inuti
les eſſent ꝓprietates ſemp vſufr. exiſten
te ſeparato ſtatutū eſt cert̄ mōis vſumfr.
finiri. ꝛ hec dn̄r vſq̄ ad illū. §. Conſtituit
Hic incipit. v. ps in q̄ ſic po. ca. dn̄e iaz vi
deo q̄d eſt vſufr. ꝛ q̄bus mōis conſtitui-
tur vſufr. dicatis modo mihi in quibus
rebus vſufr. ꝯſtitui poteſt. Ad hoc rn̄det
amice: cōſtitui pōt vſufr. nō tm̄mō ī fun-
do ꝛ edificijs: ſz etiā in ſuis ꝛ iumēt̄ ꝛ pe
coribus ꝛ oībus alijs reb⁹ tā mobilibus
q̄z īmobilibus except̄ vicz his q̄ ip̄o vſu
ꝯſumūtur. Nā ī hmōi reb⁹ neq̄ ciuili: ne
q̄ naturali rōne vſufr. ꝯſtitui pōt veluti
in vino oleo frumēto veſtimēt̄ q̄bus ſimi
lis ē pecunia numerata. naz ſic ꝑdicte res
vſu ꝯſumūtur: ita pecunia numerata ip̄o
iure aſſidua ꝑmutatiōe q̄dāmodo ſbalit̄
extiguit̄. Sz licet ꝓprie in ꝑdict̄ reb⁹ vſu
fr. ꝯſtitui non po it q̄dam tamē ſenatus

vtilitat̄ cauſa ſtatuit hmōi rerū q̄ vſu cō
ſumūtur q̄ſi vſufr. poſſe cōſtitui. ita tn̄ vt
nomīe earū rerum heredi ydonee cautuz
ſit. vnde ſi pecunie vſufru. alicui legatus
ſit ipſa pecunia ita legatario daf: vt etiaz
in dominiū ip̄ius legatarij trāſferat. ſed
legatarius ſatiſdatiōem exponit heredi
de tāta pecunia heredi reſtituēda cū lega
tarius moriet̄ aut capite minuet̄ ꝛ ita ſe-
curitas cautiōis apphēdēde loco ꝓprie
tat̄ remanebit. ꝛ ſilr̄ ſi vſufr. aliaz rerū q̄
ipſo vſu ꝯſumūtur legatus fuerit veluti
vini. olei. ꝛ frumēti hmōi res ita tradunt̄
legatario vt eius fiant: ſz tamen anteq̄z
tradant̄ legatario eſtimātur ꝛ legatarius
ſatiſdat heredi ſe cum moriet̄ aut capite
minuet̄ tātū reſtituturꝫ q̄tū hmōi reſ tpe
traditiōis eſtimate fuerāt. Ex ꝑdict̄ igitur
manifeſte patet ꝙ ſenat⁹ nō fecit vſumfr.
earū rerū q̄ vſu cōſumūtur. nec eīn pote-
rat hoc facere: ſz tn̄ ꝓ hmōi ſatiſdationē
heredi expoſitā q̄ſi vſumfr. in reb⁹ hmōi
vtilitat̄ cā cōſtituit. ꝛ hec dicūtur vſq̄ ad
illū. §. Finit̄. Hic incipit ſexta ps in qua
determinat q̄bus modis finit̄ vſufr. Re-
ſpondet ꝙ ſex modiſ finit̄ vſufr. vt apte de
claraf in littera. Finit̄ eīn q̄nq̄ morte na-
turali: q̄nq̄ morte ciuili: q̄nq̄ nō vtendo
q̄nq̄ ceſſione: q̄nq̄ rei mutatiōe: q̄nq̄ in-
teritu ip̄ius rei in qua habetur vſufr. ꝛ ſe
